Leopoldus Guilielmus Dei Gratiâ, Archidux Au„
„striæ, Episcopus Argentinensis, Halberstadiensis,
Passauiensis, Olomucensis et Vratislauiensis /.

Deuote syncerè Dilecte; Tametsi iam anteà
per tuæ Soc: Patres complacentiam nostram
singularem, quam ex transmissâ tuâ inuen„
„tiône reciproci cum omnibus populis et Na„
„tionibus instituendi Literarum Commercij ce„
„pimus, priuatim significari fecimus, præ„
„termittere tamen noluimus, quin publicis
etiam his nostris Literis eam tibi testatam
redderemus. Cuius enim applausum iste
vastissimo ingenio tuo dignus et genuinus par„
„tus non mereatur? quo Orbis terrarum
populos tot Linguarum varietate â se inui„
„cem dissidentes, reddis quasi unilingues, et
tam diuersarum atque ignotarum vocum dis„
„sonantiam ingeniosissimo Communium omni„
„bus notarum inuento concordas, naturalemque

humanæ Linguæ imbecillitatem arte, mutisque
Literis supplere doces. Gratulamur tibi de
egregia isthac ingenij tui felicitate, teque horta-
mur, ut idipsum ulterius excolendo, Lucubra-
tiones tuas posteritatis memoriæ consecrare,
et per hoc beneuolentiam Principum prome-
reri nullatenus desinas, è quorum numero
Nos inprimis te omnigeno Archiducalis nræ
gratiæ affectu complectimur; Dabantur
Viennæ. 3.a Aprilis. 1660.

Imp.r
Sereniss.i Archid.i Leo.i
p. Maj. S.M.

Joannes Kaltschmidt

Joannes Georgius Koch

Leopoldus Archidux.